

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cosmographia

Ptolemaeus, Claudius

Ulm, 1486

Beatissimo patri pavlo se cvndo pontifici maximo. Donis Nicolavs
Germanvs

[urn:nbn:de:bsz:31-51374](#)

BEATISSIMO PATRI PAVLO SE
CVNDO PONTIFICI MAXIMO.
DONIS NICOLAVS GERMANVS



On me fugit beatissime pater. Cūq; summo ingenio exquisitaq; doctrina ptolemeus cosmographus pinxit in his aliquid nouari attemptaremus fore; ut hic noster labor in multorū reprehensiones incareret. Omnes enim q; hanc nostram picturā que his tabulas quas ad te mittimus continentur viderit geometrice presertim rationis ignari ab ea quā ptolemeus edidit. paululum abhorrem. certe nos. uel imperie vel temeritatis arguent. Nā plane nos. aut ignorasse quid egerimus. aut temere ausos esse. tantū opus contaminare affirmabūt. cum aliq; ex parte ilud immutatū cernent. non enim sibi persuadere poterūt. nec fas esse existimabūt ut tam virū quantus certe is fuit. si quis alias pingendi orbis terrarū melior modus extitisset. is eu fugisset. cū is solus fuerit. q; tā inter multos excellētes cosmographos q; ante se floruerūt modū videret. quo sitū terrarum. oīm in tabulis primus pingeret. Quasi vero aut princeps ille poetarū homerus ap̄isistrato in ordinē redigi. aut lucrecij diuinū opus a cicerone emēdari. aut tolletane tabule ab alfonso corrigi nequiverint. Quare hi sane erunt q; nihil laudabūt nisi qd se intelligere posse confidat. quenq; sperabūt ani-

mo & cogitatione cōpletū valere. eundē be no pingendi orbis modū esse censem̄unt. Et cū obruentur crebritate linearū lōgitudina liū nō eq; distantū rarā illā & vastā ptolemei picturam rectis lineis distinctā se malle q; hanc nostrā multiplice & comodā pendētibus inclinatisq; lineis discretā dicēt. Neq; vero nos hec ideo nunc dicimus vt quicq; in ptolemei pictura reperiatur qd corrigi v̄l emēdari. aut in ordinē redigi oportuerit cū omia ita scienter ac prudenter vir ille pinxerit. vt nihil qd ad rationē situs terrarū i ei us tabulis deesse videatur. sed vt illos sue argueremus ignorantie qui & cū nullā taliū rerū scientiā. aut cognitionē teneant tñ invidia & liuore quoda moti si quid viderit ab altero editum quod ingenij eorū impar sit statim ad eius vituperationē sese cōvertūt. At si qui erūt qui non oīno geometrie siue cosmographie expertes sint quiq; ipm ptolemeū sepius legerūt ac picturā deinde nostrā placata mente contemplauerit. hi certe nos aliq; laude dignos nō reprehensione vt illi putabūt. Prospicient enim nos opus ita difficile atq; arduū suscepisse & ita egregie ad exitū pduxisse vt illud mirari cogantur p̄s̄ertim cū nulla in re nos a ptolemei intentione licet a pictura paululu deuicisse cōperient. Quod vt iam ita esse plane perspicere possis. B.P. queso quid ille dicat et qd nos fecerimus parūper attēde. Ptolemeus qdē quod facile in eius intellexerim scriptis duplē pingēdi orbis terrarū rationē esse tradidit. Vnā em̄ esse asserit. cū p circulis vt eius verbis vtar que sunt in octavo circa principiū libro rectas lineas facimus particularib; in tabulis meridianos ip̄os non inclinatos & flexos: sed inuicē eque distantes adnotamus. Alterā vero esse testatur cum eius formā vbiq; flexis & inclinatis lineis vt ipsius terre situs ratio exigit & nō rectis exprimimus. Harū porro rationū & si posteriore magis approbat vtpote artificiosor ē ac subtiliore. superiorē tamē i pictura secutus est.

si eius est que circumsuntur in antiquis exēplaribus pictura nō procul a veritate esse affirmans si quis in pingēdo orbe p circulis vt modo dixim⁹ rectas lineas fecerit. Nos aut. B.P. cū p ocium eius scripta legeremus q̄ a p sessione nostra nō abhorrebat & i eu lacum q̄ ē in pmo eius sere libro. circa finem. forte legendū incidimus. vbi precipit magis tenēdum esse in pictura qđ sit equius et seriosius q̄ qđ sit facilius debiliusq; repente hac lectione admoniti cogitare cepim⁹ quo pacto nos aliquid glorie cōparemus. Rati em⁹ nobis oblatā esse occasionē vt aliqd industrie nostre monumentum extaret et ingenij vires ducescere possent statim picturam orbis propera ratione aggressi sumus. que apud illū approbatione videretur. Nā & pro circulis inclinatas lineas nō eque distantes singillatim om̄s vt ip̄e fieri monet oportere. vbi opus fuit fecimus & locorū situs int̄ parallelos incidentes ex vtrorūq; rationib⁹ cōiectauimus & quo facilius ratio distantie cuiuslibet loci q̄ p lineas & eque distātes discerni nō satis plane poterat. certior extaret miliariū cōtinentia cuiuslibet ḡdus longitudinis quibusdā parallellis singulare tabulae ascribere nō recusatim⁹. Quid dicā qđ cum i antiquorū exēplariū tā grecorū q̄ latīnorū pictura discerni nō possit cuius q̄ntitatis & forme q̄libet insularū sit q̄ pprias descriptiones nō habent. & q̄t aut qui in q̄canc⁹ reģione vel prouincia populi vel gentes op̄ida vrbes flumina portus lacus & montes cōtinerentur et sub q̄ celo posita. aut in quā ptem vergant. nos qđā certe ex illis nō tñ om̄ia. sed cūcta q̄ a ptolemeo ip̄o etiam in scriptis suis adnotata sunt. ita distinximus ac lineis qbusdam pundi signatis vallamus. ip̄as etiā insulas minores. ad pprias formas. p̄ter ptolemeū redēgimus. vt quis etiā imperitus. facile discernere valeat. Atq; etiā ipsam formā picturę q̄ certe apud alios vastissima erat. & cōmune libroꝝ exedebat rationē ad eam modū redēgimus. seruatō

diligentissime om̄ium locorū dimensionib⁹ qui cunctis sit post bac illā intueri volenti bus grātor futurus. Reliq̄ vero illius tanti viri vt prius erant intacta relinquis. nisi quātum studij amor. et legentiū sollicitudo suggestit. vt ob mutationes temporū q̄ frequenter i orbe cōtingūt duas nobilissimas regiones. hispaniā videlicet & ytalīa. quoꝝ loca ab auctoris vetustatē p maxima eorū pte a noticia nostra deciderūt. ip̄as etiā regiones que in oceano sarmatico se ingerūt. & sub paralelo per circulū articū ductū occur runt Datīa vtpote. sciam. norbegiā. gotiam. suetiam. gronelandiam. & regiones sibi adherentes cū insulis adiacentibus. de q̄bus pfecto ptolemeus ipse aut strabo diligens. nec aliquis cosmographus descriptio nis monimenta relinquit. certa ratione iungendo nostratim poneremus. Nācī aut cōsilio salutari qđ honori cōsider & same. prefatas regiones in suis locis vt intueri fas est. nō describēdo ne tanti viri opus forte scinderemus sed pingendo p regna sua singula: riter exorauimus Cū hāc igitur picturā vt dixi pene ad votū absoluissimus. eāq; dica re alicui principi cogitaremus. nemo sane te dignior nobis visus ē. B.P. quē huiuscemo di munera dignissimū extimarē. Cui em̄ ter rāx oīm sitū dedicare debeo. q̄ illi principi cuius sanctissimis pedibus quicqd extremo occeano circūdatur subicij oportet & qđ a sacerdote pueit id ad oīm sacerdotū archimandritā referendū erit. Nec moneat quēq; B.P. si hoc ipsum opus ad estensem ferrarie principē priusq; ad te delatū sit. Quis enim ita iniquus rerū iudex erit vt quēpiā in honore a me tibi p̄latum putet. cū vniuersum xp̄ianum nomen ita aplice sedi p̄mas p̄tes sine cōtrouersia cōcedat vt nullius nisi longo relicto interuallo secūdus habeatur. Ne q̄ em̄ putauī neq; fas esse duxi. quicq; ad te antea mittere. q̄ id nam modo summa industrīa lugubratū expolitūq; esset. verū etiam multorū dōdissimorū hoīm iudiciū subisset.

Non enim pontificij fastigij oblitus alium
 summo pōtisci preposui· sed humane imbe-
 cillitatis m̄mor & nostre tenuitatis cōsci⁹
 meo de te tanta iudicio nō prius standū de-
 crevi· q̄ maximis mathematicis esset appro-
 batū Quāobrē missum ē· illud qđē a nobis
 in eā vrbē· in q̄ & auctoritate principis qui
 bonis ingenij sauet et copia doctoꝝ viro-
 rū qui & qm̄ vniuersam etatē in hoc litte-
 rāꝝ genere cōtriuerunt· exadūssime possent
 & qm̄ studioꝝ cōiunctione & diuturna cō-
 suetudine mibi amicissum essent maxie vel
 lent emendatius redderetur. Nūc igitur ab
 illis spectatū atq; pbatū vīsum dignū ē qđ
 non mō eliminatius· v̄ḡ etiā quoad a me si-
 eri potuit materia ipsa ornatius in pontifi-
 cie· maiestatis cōspectū tandem prodiret. Tue
 igitur clementie fuerit. B.P. ita a seruulo de-
 uotissimo munus accipere: vt & si reliqua ī
 eo· non amplissimis omnino laudibus digna-
 sint· sedulitatem tū & deuotionē nostrā er-
 ga sanctitatem tuā non asperneris. Est enim
 eius que in pontificio culmine maiestas est
 non quantū dederim· sed quantū dare vo-
 luerim intueri. Supplicem ama·

**CLAVDII PTHOLOMEI COSMO-
 GRAPHI LIBER PRIMVS HECHA-
 BET.** CAPITVLVM I.
 In quo differt cosmographia a chorographia
 CAPITVLVM II

Que ad cosmographiam p̄supponēda sunt
 CA III

Quomodo ex stadioꝝ dimēsione cuiuscū
 q̄ recte distātie licet nō sit sub eodē meridi-
 ano mensura ambitus terre sit percipienda
 & econtra. CA IIII

Quod obseruata ex superioribꝝ p̄ponenda
 sunt noticie peragantū. CA V

Quod nouioribꝝ historijs credendum ma-
 gis sit ob mutationes que diuersis tempo-
 ribus in orbe contingunt.

CA VI

De editione cosmographie marini.

CA VII

Emendatio latitudinis marini· ab obserua-
 tione superiorum. CA OCTA

Eadē emendatio ab itinēꝝ peragrationibꝝ

CA NONVM

Eadem emendatio a nauigationibꝝ factis.

CA X

Qđ non ponendī ethiopes sunt magis au-
 strales· quā paralellus oppositus· paralello
 per meridē.

CA XI

Que in longitudine a marino male tradita
 sunt. CA DVODE

Emendatio longitudinis nostre habitabilis
 a petagrationibꝝ. CA XIII

Eadem emendatio a nauigationibus.

CA QVATVORDE.

De nauigatōe ab aurea chersoneso ad cat-
 tigara. CA XV

De hīs que in expositione particulari ma-
 rinus assentit. CA XVI

Qđ quedam pretermisit de regionū finibꝝ.

CA XVII

In quibus etiā marinus dissentit ab histo-
 rijs nostri temporis.

CA XVIII

De incōmoditate qua marinus usus ē in de-
 signatione orbis. CA XIX

De cōmoditate nostri operis indesignatio-
 ne orbis. CA XX

De inequalitate dimensionis tabule marini

CA XXI

Que seruari oportet addesignationē orbis
 in plano. CA XXII

Quomodo habitabilis nostra in spera de-
 signanda sit. CA XXIII

Expositio meridianorꝝ & paralellorꝝ in or-
 be designandorꝝ CA XXIII

Qualiter in plano terra designatur spherica
 & equalis.

**CLAVDII PTHOLOMEI VIRI AL-
 LEXANDRINI COSMOGRAPHIE
 LIBER PRIMVS INCIPIT.**

In quo differt cosmographia a chorographia.

CAPITVLUM I.

a2



OSMOGRAPHIA designatrix imitatio est totius cogniti orbis cum his quod se re universaliter sibi iunguntur. A corographia hec differt. Nam corographia particularius a toto loca abscondens per se de quolibet ipsorum agit describens sermone singula; etiam minima conceptus a se locorum quemadmodum portus vilas viros fluviorum gestiones ac huiusmodi loca alia Cosmographie proprium est. Vnam eandemque habitabile terram nobis cognitam ostendere quo modo natura sitaque habebat circa quam ea tantum intendit quod per descriptiones orbis magis generales sibi iunguntur. Veluti circa maiora oppida; magnas ciuitates; montes etiam fluviosque insigniores. Preterea circa ea omnia quod iuxta quilibet speciem maior nota digna sunt. Finis corographie est parte totius suggillatim animaduertere; ut si quis aure tanquam aut oculum pingat. Cosmographie vero totum inspicere iuxta proportionem; ut si integrum quis caput designaret. Integris enim imaginibus cum oporteat pectora membra primum adhiberi; deinde ea que imagines pictatasque suscipiantur; ita equa dimensione intersese lacari; et ex iusta distantia visu possint discerni: an totum seu pars sint illius quod pingitur. Sequitur non indigne nec preter rem corographie quemcumque etiam minima cosmographie vero regiones ipsas: cum hijs quod generalius sibi adnectantur: proprium esse tribui. Nam posteriores nostre habitabilis partes quod equa dimensione proportione notabuntur: pruincie sine regiones sunt. et habentur membra; differentie magis insignes que in ipsis regionibus sunt. Versatur aut corographia quam maxime circa quales magis: quod circa quantum eorum que describuntur. Circa enim pingendi similitudinem omnino vertitur cura situum proportionemque dimissa Cosmographia vero magis

ad quantitatemque qualitatem intendit. Nam de proportione distantiarum aia aduertit in omnibus: despingeredi vero proprietate non nisi solu in imaginibus maiorum descriptionum. Vnde corographia pictura eget: nullusque eam recte coponet nisi homo pictor. Cosmographia autem non idem expostulat. Nam poterit quis per puras lineas: nudasque denotationes loca figere ac figuratores generales inscribere. Quare illi thematicum opus non est. sed cosmographie ea est potior pars. Contemplari enim in hac operet totius orbis magnitudinem et formam. Preterea situs ad totum orbem ut fas sit parte concepta quodque et quanta sit dicere. et sub quibus celestis spere: parallelli locetur. Vnde de diebus ac noctibus magnitudine de fixis quod supra uticem nobis sunt: de stellis quod supra horizontem nobis feruntur: de his quod perpetuo non nobis oriuntur de omnibus. deinde quod ad rationem habitationum nostrarum spectant differere poterit. Que humanae ingenij mathematico iure demonstrari altissimum atque pulcherrimum est: ut ceterum scilicet ipsum natura se habeat cum veluti ambiens non ostendi possit ut terram ipsum per imaginem intueri valeamus: quod cum certa et maxima sit: neque vel tota vel pars nos circumambiat. ab eisdem quibus celum peragrandi potest.

QUE ADCOSMOGRAPHIAM
PRESVPPONENDA SVNT.

CA

II



VIS cosmographie finis et in quibus a corographia differat strictu in prioribus annotatum sit. Cum autem in presentiarum prospectu sit habitabile nostrum orbis describere quam maxime fieri possit intra sece equaliter necesse arbitramur: in exordio propondere quod huius rei primum est: historia peragrationis plurimam noticiam narrata ex illorum traditione: qui diligenter regiones quodque explorauerunt: quodque hysce animadversionis atque traditionis: ad geometrica hoc illud ad observationem fixas pertinet. Quod

geometricum est per puram dimensionum distantiarum ostendit quater loca inter se sunt sita. Quo ad superiora referuntur eorundem locorum positiones per fixas docet cum organis astrolabio ad captandas umbras invenientis Idque certum quod est nec in aliquo re anceps. Aliud vero genus et imperfectius et altero eget. Nam primo cum necesse sit utrumque in modo per supponi ad quem situm duosque locosque distantia vergat. Non enim solus scire oportet quantum hic locus ab illo distet; sed versus quam celi plaga hoc est an ad septentrionem; seu ut ita loquamur ad solis ortum aut alias particulares inclinationes impossibile est hoc considerari diligenter absque dictorum instrumentorum ope. Ex ipsis enim omni in loco; omnique in tempore facile inueniri potest linea meridiani per quam hanc distantiam peragratam noticia Deinde hoc etiam dato dimensio quae fit ex numero stadiorum nobis certa noticia haud probatur ob itinera quae raro recta sunt. diversionibus multis terra marique ita adest ut opus sit ex terrestri itinere secundum qualitatem et quantitatem distanciarum oblique id quod rectum iter et cedit coiectare atque stadiorum summa minuere: ut recta via inueniatur. Quod et in navigationibus ea ex causa contingit: et ventorum periter flatu per totum iter cum equalitate minime seruato. Preterea et si locorum distantia diligenter habita est non tantum habetur ratio ad totum terre ambitum: neque captatur situs eiusdem ad equinoctiale circulum vel ad polorum situm. Distantia autem quae ex observatione superiorum acquiritur habet quoddam diligerter ostendit. Preterea quantitas circumferentias vicissim circuli parallelli meridiani que per loca ipsa sunt descripti intercipiunt hoc est quales circumferentias in meridionalibus paralleli et equinoctiales intercipiuntur. quales ve in parallellis et in equinoctiali meridionales. Deinde docetur quoddam parte occupatum ipsa duo loca circumferentie maximi circuli quae per eadem in terra circumscribitur. Que dimensio parta ex superioribus stadiis numeratorem non egethabit ratio parti terre ad totius descriptum

nisi ambitum. Nam sat est circulatorem ipsum terre supponere tot esse partium quod libuerit. et hanc totidem contineri a distantibus pernotatis in circulis ipsum terre maximis. Sed ad dividendum totum terre ambitum. aut ipsum partes in distantias nostris stadiis dimensionibus notas. hec eaque non sufficit. Quare ab hoc solo necessaria sunt quoniam recta in terra distantia alicui circumferentie maximi cuiusdam celestis circuli ad aptare et ex fixis habita huius proportione ad totum circulum ac percepto numero stadiorum ipsum partis. seu date in terra distantie poterimus totius orbis ambitum per stadia metiri. Cessum enim cum sit ex mathematicis demonstratis totius terre et aquae superficie ad totum sphaericam esse et idem centrum cum sphaera celestium simul habere et quod plana quilibet quae per centrum emittuntur. in communibz sui et ipsorum celi terre aquae superficie sectionibus maximos circulos faciunt: quod qui eorundem planorum anguli: quae circa centrum sunt. circumferentias circulumque ipsorum interceptas eiusdem vienam rationis efficiunt se quicunque distanciarum quae in terra suscipimus. quantumque quippe stadiorum. si distantie recte sint ex dimensionibus posse percipi: rationem vero ab eisdem stadiis ad totum terre ambitum minime inueniri quia nulla ad totum proportionem hinc dari potest. A simili autem circumferentia celestis circuli datur. Nam celestis circumferentie ratio in propria totius terre circulatione captatur: eademque ratio est similis portionis in circulo terre: quae ad maximum ipsum circulum.

Quomodo ex stadiis dimensione cuiuscumque recte distantie licet non sit sub eodem meridiano mensura ambitus terre sit percipienda. et econtra.

CA

III



RIORES non tantum rectam querebant distantiam in terra: ut circumferentiam maximi circuli captarent: sed eam situm tenentur in plano

sub uno ipso meridiano Vnde p instrumen-
ta que diximus obseruantes pūcta q supra
verticem erant vtrinque suis distantie date.
ex his signis p interceptā meridiani circuse
rentia: sub equa pportione distantia in ter-
ra notata habebat. Nā vt dictū ē signa p-
fata in uno plano assumebatur. & linea trā-
seuntes p extrema distantie ad puncta q su-
pra verticē erant. necessario cōcurrebant &
huius coincidentie pūctus cōmune articulo
rū ipsoꝝ erat centrū Quota ergo pars cir-
culi p polos descripti videbatur intercepta
ab utroq pūcto supra verticē assumpto w-
tā esse circunferentia ad totū terre ambitum
Sed si huiusmodi distantia nō ē sub circulo
p polos descripto sed sub alio qlibet maxi-
morū: idem ostendi potest: obseruatis pari
modo eleuationib poli in terminis i pī distan-
tie & animaduerso simul situ: quem ha-
bet ipsa distantia ad alterū meridionalium.
Que plane demonstrauim⁹ nos p organū:
qd ad obseruatōem umbras struxim⁹. per
qd facile vtilima alia q multa capiamus. &
die quolibet noctuꝝ eleuationē poli septē
trionalis om̄iq hora meridionalem sitū ha-
bemus distantie date huiusq dimensionem
hoc ē qles facit angulos maximus circulus
descriptus p lineā distantie cū circulo me-
ridiano iuxta punctū q supra verticē ē. Ex
qbus & quesiā circunferentia p ipm instru-
mentū ostendimus & circunferentia equino-
dialis a duob⁹ meridianis interceptā. si pa-
talelli alij sint q egnodialis Vnde iuxta de-
mōstratōem hanc si metiemur vna solā re-
ctaꝝ in terra distantia numerus stadioꝝ to-
tius ambitus terre inueniri potest. Perq au-
tē hoc reliquū ē: vt & om̄ium ceteraq distan-
tiā dimensio: licet recte om̄ino nō sint: ne
q ab eo dē meridiano aut patalelo percipi-
atur: eleuatione poli: & inclinatōe distantie
ad meridianū diligenter seruata Cōtra enim
p rationē circunferentie ad maximū circulū
stadioꝝ numer⁹ facile haberi potest: a cog-
nita circulatione totius terre.

Qđ obseruata ex superiorib pponēda sunt
noticie paragrātium. CA III



IS ergo sic habitis q re-
giones singulatim circū
ambulauere: si hmōi ob-
seruationib vli fuissent
om̄ino certā descriptio
nē nostre habitabilis fa-
cere potuissent Sed cū sol⁹ hipparcus pau-
carū admodū cīuitatū p eas copia q in cos-
mographia notantur: eleuatōes poli artici
nobis tradiderit: ad loca p pauca sub eisdē
sita parallellis notauerit Aliqui uero post ip-
sum quendā retulerint locorū oppositorū nō
tū q eq̄liter distarent ab eq̄tore: sed simplici-
ter sub eisdem sita meridianis id summētes
ex nauigatōibus: vel borea ne austro scđo
faciū: q plures aut̄ distantiaꝝ p̄fertim q ad
ortū solis sive ad occasum vergerēt: cōcep-
te fuerint: ex generali qdam traditōne: non
ex auctoꝝ ipoꝝ ignauia: sed qđ nō dū dilig-
gentioris mathematice vſus foret. Preterea
quia nō multi defectus lunares in eo dē tem-
pore diuersis in locis cum obseruati fuerāt
quēadmodū eclipsis illa q in arbilis sub ho-
ra quinta: in cartagine vero sub scđa notata
fuit: ex qbus videri posset. quot horis eq̄
no dialib seu q̄t tempore sp ac̄hs: loca inter-
sele distaret ad ortū solis vel ad occasum:
equum quoq ē: descriptus cosmographiā
q nouerit diligentiori obseruatōe notata tā
q operis sui fundamēta pponere: alia aut̄ a
ceteris tradita his adaptare: quousq ipsoꝝ
inuicem situs: q maxime fieri possit cum pri-
mis traditionib⁹ certiores inueniantur.

Qđ nouiorib⁹ historys credendū magis sit
ob mutatōes que diuersis temporibus in
orbe contingunt. CA V



NITIVM nostre de-
scriptionis his p̄libatis
sic eque haberi poterit:
Sed cū loca om̄ia queāt
ob infinitā eoꝝ magni-
tudinem aut quia nō sp

codem modo sese habet non omnino satis explorata sunt & diuturnius tempus eorum noticia semp ceriore faciat: circaq; cosmog phia hoc aiaaduertendu videtur: cu concessum sit: ex traditib; vario in tpe editis nō vnas nostri cōtinentis partes: ob excessum sue magnitudinis: nō dū ad nostrā pue nisse noticia: alijs vero non quēadmodū se se habet ob paragranī negligentiā: nobis minus diligenter traditas: alias autē esse: q; nūc aliter q; hacten? se se habet sine ob corruptōes: sine ob mutatōes in qbus p; parte corruisse cognite sunt. Necesse nob sit ad nouas tpis nostri traditōes magis intende re liberādo tū in expositōe illoꝝ q; nūc tractantur. & in se ledione eoꝝ q; hactenus t̄dita fuerit: quid sit: quid ue nō sit credēdū. De editione cosmographie marini.

CA

VI

ARINVS igitur tyri⁹ tēpestatis nostre cosmographorum postremus summo videtur studio huic materie se intulisse: Nā plura exploranisse: cognoscitur. P̄terea q; hactenus nota fuerat. Deinde omnium ferme historiōꝝ q; eu puerat: noticia diligentissime habita: nō tātū q;cunq; ab alijs errata fuerat emendauit: sed etiā illa que ip̄e idē male tractauerat quēad modum in editionib; p̄de sue cosmographie: q; q; multa elimāt: licet aiaaduerte. Sed si inspiceremus ultimo eius operi nihil deesset satis & nobis foret: ex istis eius tātum cōmentarijs: absq; alioꝝ vestigatōe habitabili nostrā describere. Verū cu ip̄e videatur: quibusdā aiaaduertione haud satis fidei digna assentiri. P̄terea circa modū designatio nis noscatur sepius: neq; oportune facilitatis debitā curam agere: nō indigne moti su mus: vt ad rationē vsumq; putauimus fore cōmodius operi cōferre & viro. Quod q; p̄pe absq; verboꝝ insoletia: q; maxime id fieri poterit efficere conabimur. vtrūq; erroris ge

nus attingentes breuiter. vt i ratio ip̄a dicta bit Prīmūq; id qđ ad historiā attinet quera mus: ex q; opinatur ip̄e ad maiore longitu dinē versus ortū solis. ac ad maiore latitu dinē in meridiē: quā fas sit. terrā nobis no ta produci. Nō aut iniquius superficie distātiam tendentē ab occasu ad ortuꝝ solis lon gitudinē appellamus: atq; distantiā a septē trione in meridiē latitudinē: cu in motibus celestib; paralellos similiter nuncupemus. Preterea qđ q; maxime maiore distantiā lon gitudinē dicimus Plane qđ cōcessum ē ab omib; distantiā nostre habitabilis que ab ortuꝝ solis in occasum extenditur: multo ma iorē ea esse: q; a septētrionē in meridiē n̄git.

Emendatio latitudinis marini.

CA

VII.



RIMVM igitur latitudinis terminū ponit. & ipse tylem insulā: sub paralello qui plagam maxime septentrionale terre nobis note diuidit qnē paralellū ostendit quā potest dare: ab eqnoctiali distare sexaginta & tribus gra dibus. q̄lium ē meridianus círculus tercento rū & sexaginta Eam autē latitudinē notat. triginta & uno milibus ac quingentis stadijs: velut ḡdus q̄libet ex qngentis stadijs proponendum constet. Post hec regionem ethiopū Agisymbam nomie & prasum promontoriū ponit sub paralello: qui plagam maxime australē nob cognitā finit quē paralellū sub hyemali tropico s̄sistit. Quare oīs latitudo inter eqnoctiale & tropicū hyema le: ac inter tyle & eqnoctiale in vnu coacta: gradus sere septē & octuaginta cōplet stadia vero q̄draginta & tria millia ac qngēta Conatur aut rationē australis finis ostende re p̄ obseruatōes q̄sdā fixar̄ vt ip̄e putat & p̄ itinera q̄dam terra mariq; facta: quorū q̄libet attingemus breuiter In obseruatione quidē fixar̄: in tertio opis sui volumie sub bis verbis memorat Zodiacus supra torri

a 4

dam zonā totus fertur: ex quo i ipsa vmbre
mutantur: & omnes fixe orientur et occidunt
Sola autē minor vrsa incipit supra orizontē
tota videri in ocele plaga septentrionali: sta-
dijs qnq̄ milib⁹ & qngentis. Paralellus em̄
p ocele ġdib⁹ vndecim. & duplii qnta ele-
natur. Ab hypparcho autē traditur: minoris
vrse stellā: q australior i ea ē: q ve vltima i
eiusdē cauda notatur. a polo distare ġdib⁹
duodecim & qnta duplicit: ac ab eqnoctiali
preditis ad tropicuz estiualē polū articū cōti-
nuo ferro supra orizontē: australē vero ma-
gis demergi. Preterea his q ab equatore ad
tropicū hiemis per gūt: australē polū supra
orizontē eleuari: septentrionalē vero dep̄mi
Vnde p hec: enētus sub eqnoctiali aut inter
geminos tropicos solū narrat Qd autē ali-
q noticia p obseruationem fixarum habita-
fuerit in locis magis australib⁹. quā circulus
eqnoctialis. minime tradit veluti si alicubi
stellas australiores q eqnoctialis supra ver-
ticē poneret seu si meridionales vmbras in
eqnoctijs ad austrū declinari diceret: aut
si omes stellas minoris vrse oriri aut occide-
re ostenderet: seu ipsaq̄ alijs omnino videri
australi polo supra orizontem elato. Per ea
autē q deide. tradit qsdā mirat fixas obser-
uatas suisse: q tū mentē suā omnino non asse-
rūt. Inquit em̄ eos q ab indis ad lymiricā
nauigāt: vt diodorus samius narrat in ter-
tio taux: in altiori eius loco: ad mediū celū
habere: & pliadē ad medium autūnaq̄. Qui
autē soluunt ab arabia ad azaniaz: recta ad
meridiē nauigāt: & aduersus canobū stellā.
q illic hyppos hoc ē equus appellatur: &
longe australis ē Stelle autē q illic vidētur
apud nos haud nomiantur. & canis prius-
q precanis oritur: ac orion totus: ante pun-
ctū vbi sol ad tropicū estiū cōuertitur: lu-
cet. Ex his ergo stellarq̄ obseruatōib⁹: qsdā
habitatōes manifeste ostēdit magis septē-
trionales quā eqnoctialis: veluti cū dicit
taux & pliadē: fieri supra verticē nauiganti-
bus: bee enim stelle circa eqnoctiale sūnt.

Quasdā autē nō australes magis q septētrio-
nales ostēdit Nā canobus etiam videri po-
test a longe magis septētrionalib⁹. q sit tro-
picus estiū: pluresq; ex fixis: q apud nos
semper latent in locis magis q nos australib⁹
ac magis etiā septētrionalib⁹ q eqnoctialis:
vt circa situm meroes: supra orizontē vide-
ri possunt quēadmodū ipse canobus. Hic
supra terrā eleuatur: minimeq; ab his vide-
tur: q magis q nos septētrionalis existunt.
Hunc quippe q ad meridiē magis tendunt
hippū hoc ē equū appellant: nec hoc noīe
alia dicitur stella ex nobis inōgnitis. Dein
de insert se etiā ex mathematicis demōstra-
tōib⁹ pcepisse qd orion totus appart ante
tropicū estiū: his q sub eqnoctiali habitat
apud q̄s etiā canis prior q precanis oriri in-
cipit: qd vsq; ad syenem seruatnr. Ex qbus
etiā obseruatōib⁹ nihil p̄priū aut necessariū
esse videtur qd habitationū situs magis au-
strales sint q circulus eqnoctialis.

Eadē emēdatio ab itineris peragtionib⁹.

CA

VIII.



N peragratōibus autē
cōputas itinerum dies
singillati a magna leptī
ad agisymbam regionē
hāc viginti qtuor mil-
ib⁹: ac sexcentis & octua-
ginta stadijs magis australē q eqnoctiale
ostendit Nauigādo vero dies solutōnis a
ptolomaide: q ē in trogloditica regione ad
prasum p̄montoriū colligens: cōcludit hoc
esse australis eqnoctiali stadijs viginti &
septem milib⁹ ac octingētis. Vñ insertur pra-
sum p̄montoriū & agisymbam regionē ethi-
opum q etiā ut ipē fatetur ab australi plaga
nō termiat ethyopiā in frigida zōna oppo-
siti nostri orbis: iuxta eiusdē viri rationē si-
tam esse Nā viginti & septē millia stadios
& octuaginta in meridiano cōsituunt ġd⁹
quinquaginta & qnq; in triplici qnta: q̄t ġdi-
bus exaltera equatoris parte iuxta easdem

celi qualitates. scythie se cedunt & sarmate
q̄ septētrionalia paludis meotydis incolūt
Reducit igitur & ip̄e numer⁹ stadior⁹ ad di-
midiū minus ve hoc ē ad stadia duodecim
milia: q̄t hyemalis tropicus ferme distat ab
egno diali. Causas huiusce sectionis esse t̄dit
duersiones ac ineqlitatē itiner⁹: missis bis
ratōib⁹: ex q̄bus non tm̄ corripe necesse vi-
debatur sed etiā numerū ad medietatē op-
tata redigere. Primū em̄ i peragrationū nar-
ratione resert septimū flaccum q̄ in libia mi-
litauerat a garamantibus ad ethyopas triū
mensiū spacio puenisse versus meridiē iter
agentē. Iuliū vero maternū a magna leptī &
a garame vna cū rege garamantum quibus
ethyopib⁹ bellū indixerat: inquit usus meri-
diem sp̄ pfectū in q̄tuor mensib⁹ venisse ad
agisymbam ethyopū regē: quo scilicet in lo-
co rinocerontes cōueniunt. Hor̄ vtrūq; ex
seip̄o incredibile ē: partim qđ ethyopes nō
adeo agaramatib⁹ absunt: vt spaciū triū. mē-
sium requiratur cū garamātes ipsi maxime
ethyopes sint. & sub eodē regantur impio
partim quia ridiculū ē. regē p̄ subditas sibi
puincias: recta a septentrione ad meridiem
iter egisse: & cū versus solis ortum ad occa-
sum gentes ille longissimis effundantur spa-
cjs qđ nec vbi moras meta dignas traxe-
rit. Ex q̄bus nō ab ratōne est viros aut by-
perbolice locutos fuisse aut sic ad mercede ī
tellexisse: quēadmodū vulgo dici solet ad
austrum vel ad nothū his abusos magis q̄
diligentie veritatis innixos.

Eadem emendatio a nauigationib⁹

CA

VIII


Einde nauigationē in-
ducens inter Aromata
& rapta: & rapta resert
quendaz diogenem ex
bis vnuz q̄ īndiam mis-
grauerant: cū dūtisset.
& pfecturus iuxta aromata eset: ab rhetico
borea impulsū fuisse. cūq; ad dexterā tro-
gloditicam habere regionē: viginti & qnq;

dieb⁹: ad paludes: vñ nilus fluit penetuisse:
q̄bus raptor⁹ p̄montoriū paulo ad austroz
magis extenditur. Theophil⁹ etiam narrat
vnu ex his q̄ in azanā soluerāt: a raptis im-
pulsu austri. vigesima die ad aromata venis-
se Hor̄ vtc̄ q̄t dier⁹ ea nauigatio foret nō
expressit. Theophilus qdem vt inquit die
vigesima applicuit. Diogenes vero vigesima
q̄nta die iuxta trogloditicā nauigauit.
Vtc̄ em̄ licet retulerit q̄t dieb⁹ nauigauerit
nō tñ aperuit q̄t dier⁹ ea esset nauigatō ob
ventor⁹ varietatē atq; mutationem: quā fas
fuit in tanto t̄pis fuisse. Preterea neq; ad sep-
tētrionē neq; ad austri cōtinuo se nauigas-
se inquiunt: sed ait Diogenes se tantum ab
artico impulsū borea Theophilus vero se
nauigasse p̄ austri Reliquā autē nauigatio-
nē qđ eandē equalitatem cōtinuo seruasset
neuter retulit. Non em̄ credendū ē tam mul-
tis diebus eundē flatus tenorē fuisse serua-
tū. Vnde cum diogenes ab aromatibus ad
palades q̄bus raptor⁹ p̄montorium paulo
australius ē: vigesima & q̄nta die nauigau-
rit: & theophilus a raptis ad aromata q̄ di-
stantia maior ē die vigesima pertransierit.
Preterea asserente theophilo vnius diei na-
turalis nauigationē si sc̄da fiat. Mille stadi-
orū esse tñ inquit nauigationē a raptis ad
prasum p̄montoriū q̄ multor⁹ dier⁹ est a di-
oscoro qnq; miliū stadior⁹ tantū modo po-
ni Nam facillime inquit: vt decet sub egno
diali: variantur venti: preterea accessus iux-
ta egno dialē ex vtraq; solis parte pernitō
res sunt. Ex his igitur equius erat numero
dierū nō assentiri: preterea qđ efficacius est,
qđ cōputatio facta: ethyopas et rinoceron-
tū cōuentum: ī frigidā alterā zonam oppo-
site habitabilis terre extendit. Ratio em̄ ipa
asserit: om̄ia aīalia: om̄esq; plantas eī simili-
tudinē vna trahere: sub vna celi q̄litate: aut
aeris temperie: hoc est sub eisdem paralleliis
aut sitib⁹ equaliter ab vtrāq; polo distantib⁹
bus: iuxta p̄portionē: vna om̄niū eq̄litatē
esse Quare marinus iuxta hyemale tropicū

a q

latitudinē pstrinxit nulla prebita ratiōe tāte
cōtraktionis: si admittat quis dies numer⁹
& peragrationū nauigationūq; seriem; quā
ipse exprimit Sed hoc aīaduertens ille nu-
merū tantūmodo diurnor⁹ stadioꝝ minu-
it idq; pter modū & cōsuetudinē agit quos
q; ad optatū & oportunū paralellum deue-
niat. Agendū aut̄ cōtra fuit Nā diurne qui
dē pagrationi: eidēq; possibili facile fuit cre-
dendū eq̄litati vero itiner⁹ seu nauigationū
aut qđ p linea rectam omnino itum fuerit as-
sentiri minime decuit: cū ex his distātia q̄si
ta nō posset haberī: sed nouisse fas fuit qđ
eadē latitudo vltra eq̄nō dialē p̄tenderetur
Sed hoc ip̄m ex certiori modo: obseruatio
ne scilicet quoꝝ supior⁹ cognoscere erat eq̄
us. Qđ cōtinuo diligētissime explorasset q̄si
si ex mathematicis plane cōsiderauisset q̄ i
illis regionib⁹ accidunt. Cū vero aīaduersio
hec haud habita fuerit. relingtur vt qđ ma-
gis ratio dicitat: simplicius q̄ntitatē substā-
tie: q̄ eq̄nō dialē egreditur animaduertam⁹
habetur autē id p genera atq; formas colo-
resq; animantiū ibi degentiū. Ex q̄ vero vi-
detur cōsequens esse: paralellū agisymba re-
gionis quālibet ethyopū esse: vſq; tropicū
hyemale attingere: sed circa eq̄nō dialē ter-
mīari Nō em apud nos in locis illi opposi-
tis hoc est sub estiuo tropico: colores habē-
tur ethyopū: neq; rinocerontes aut elephā-
tes sunt: sed in locis non multo australibus
modice nigrent: quēadmodū q̄ intra syenē
Triascontachinū habitant: q̄les ob eandem
causam marinus ip̄e describit esse garaman-
tas q̄s nec in ip̄o estiuali tropico: nec magis
eodē tropico septentrionales: sed longe au-
straliores esse tradit. In locis aut̄ circa mero-
em habūde sunt nigri et cū p̄mum pari ethi-
opes vbi & elephātum & monstruosorum
animantium genus alitur
Qđ nō ponēdi ethiopes sunt magis q̄ pa-
ralellus oppositus paralello per meron.

CA

X



VARE nunc vſq; actū
bñ videri poterit. hoc
ē quoſq; tradito illuc
nauigantiū narrat ethi
opes Agisymbam regi
onē & prasum p̄montō
rium ceteraq; q̄ in eodē paralello sunt sita i
opposito p̄ meronem paralello describit. Id
aut̄ erit in situ distantia ab eq̄nō diali versus
meridiem: ḡdib⁹ pariter sedecim ac tertia &
duodecima: stadij vero octo milib⁹ ac duce-
tis ferme: quo p̄acto tota eiusdē habitabilis
latitudo pene colligitur graduū septuagin-
ta & nouem: ac tertie & duodecime vel ad
summū octuaginta: stadioꝝ vero q̄dragita
miliū. Distantia gppe inter magnā leptē &
garamam: quēadmodum flaccus atq; mater-
nus tradiderūt. stadioꝝ ponit q̄nq; mili-
um pariter ac q̄dringentor⁹ Vigesima nāq; dies:
sc̄da p̄fatio ē emēdata post p̄mū iter
vt tota ad meridiē vel ad septētrionē dire-
cta sit: cū p̄mum iter ad flexiones dieꝝ tri-
ginta fuerit Numer⁹ autē stadioꝝ cuiusque
dīei eos exposuisse memorat q̄ ad id iter se-
pius peragrauerunt Qđ non tm̄ pulcre sed
necessario animaduersum ē. ob aliquādi diū-
siones. Quēadmodum autē de rarīs: mag-
nis ac nondum recte exploratis distantīs
dubitandum ē; sic illis q̄ nec magne nec ra-
re: sed sepius a multis peragrate sunt credi-
fas est.

Que de lōgitudī a marino male ēdita sunt
CA XI



D q̄ntum igitur spaciū
situs nostre habitabilis
cōgrue extēdi in latitu-
dinē poslit ex his nob̄
manifestū ē Longitudi-
nē vero Marinus inter
duos meridianos notat: q̄ndecim horarū
spacia cōtinētes Nobis autē videtur: distā-
tiā versus solis ortū pluſq; deceat ostendī:
que si contrabatur iuxta fas debitum non
integra duodecim horarū spacia constituere

poste videbitur: cū in vltimo occidentis termino similiter ponatur insule fortunate plaga maxime orientale series: sineq; at q; cattigara terminent. Distantia em ab insulis fortunatis ad transitū eusfratis p hiera poli: sub paralello p rhodū similit seruam⁹ & nos: cu numero stadioꝝ ab ipo singillatī exposito: partī ob frequentē itineris vsum. partim quia in maiorib; distantijs videtur & ipē recte collegisse id qd ex flexionib; & ineqlitatib; itineris emendandū fuerat Deinde etiā q; ponit gradū vnū qlium ē circulus maximus trecentorū & sexaginta: in superficie terre qngenta stadia intercipere: qd ex notis certisq; dimensionib; liquet. Similē autē circū ferentia rhodiensi paralelli: hoc est distantia ab egno dali triginta & sex gdib; qdringētoꝝ ferme stadioꝝ esse exponit. Qd em in eis eglitate rectā excedit scdm rationē parcellorum: ex paucitate sua pinguori donatur computo. Distantia vero q; ab ipo transitū eusfratis vſq; ad turri lapidea cōprehēditur: inqt ipē schinorū odingētoꝝ ac septuaginta & sex esse: stadioꝝ vero viginti et sex miliū ac ducētoꝝ & octuaginta Deinde a turri lapidea: vſq; ad seras metropolim se ruz inter esse dicit septimestre: stadioꝝ aut̄ triginta & sex miliū ac ducentorū. Verū vt ambas distantias ad eundem paralellū redigamus: iuxta equā cōtractionē vtrāq; emē demus. In ambab; quippe peragrationib; nō videtur ipē defalcasse: qd ex enormitate circūflexionū sup ē. Preterea & i scđo itinere: in easdē videtur incidisse fallacias in qb; a garamātib; ad agisymbam lapsus est. Ibi em cōputato stadioꝝ numero p menses q; tuor: vadus ē eum plusq; ad mediū restrin gere. Possibile quippe nō fuerat p vñ dieꝝ spatiarū: iter semp vñiforme fuisse: qd in septimestri peragratione etiam contigisse haud absurdū est: vno magis consonū q; in itinere garamātum. Illud em iter a rege puntie a ctum ē. cū nō parua sicut decuit digētia de inde sub celo omnino sereno. Peragratio aut̄

a turri lapidea ad seras validiores luscipit hyemes. Subiacet namq; vt ipē ponit paralellis p bisantiū elepongū. Ex qbus dilatōib; multas in itinere ipso fieri necesse fuit cū esset eius p sediōis causa negotiatō esset. Resert em maem virum macedonez q; & tiscianus dicebatur: parte & ipso negotiatore genitū-huiusce itineris dimensionē notaūle: non qd ipse ad seras perrexerit sed eo ali quē destinauerit. Sed negotiatorū relatibus & ipē haud assentiri videtur. Vnde philos meni nō annuit: q longitudinē hybernie insule ab ortu solis ad occasum .viginti dieꝝ exponit. Memorie em ipm a negotiatorib; cā percepsisse quos negligenter veritatis esse scribit: circa ipoꝝ cōmercia occupatos. Eosdem etiā ipē inquit p sepius ex inani q; dam ambitione distantias maxime augere. Hic autē in septimestri p sediōe nihil memora tu dignuz retulisse eos: qui id iter dimensi saerint. p magnitudine tuis monstrum est.

Emendatio longitudinis nostre habitalis a peragrationibus.

CAPI

XII

VAM ob causam & q niā id iter sub vno solo paralello non ē sed lapidea turris circa bizātij paralellū & sere australes magis sunt: quā paralellus p elepongū equū videtur multitudinē stadioꝝ. ex septimestri collectorū hoc est triginta & sex miliū ac ducentorū nō ad minus q ad mediū secare. sed p expeditiori intellectu ad solā medietatē. Ut computari possit data distantia stadioꝝ decē & octo miliū atq; centū: graduū vero qnq; et qdra ginta cū quarta. Et em ppter rationem est: & omnino absurdū: in vtraq; hac peragratōne tāte sectioni nō assentiri: ac i itinere garamātū eandē contractionē cōcedere. qd in promptu ratio ē: differentia scilicet animantū degentiū in agisymba regione: que nequaquam possunt: ppter naturalia sibi loca traduci: a



tarri vero lapidea ad seras id pari mō non
 acceptare quod eadē ratio illic adduci neq;
 at; sed p totā distantia sue minor ea sit; seu
 amplior; similis ipius aeris q̄litas & impres
 sio sit. Quēadmo dū si quis quia in surto de
 p̄bendi nequeat; iusticiā negligat; cōtra ip
 sius philosophie documēta. Vnde p̄mā di
 stanciā q̄ scilicet ē ab eufratē ad turrim lapi
 deā: odingentorū ac septuaginta & sex schi
 torū: ob itinerū flexiones ad odingētos tā
 tū schinos cōtrabimus: stadia autē vigiti et
 q̄tuor milia. Qd̄ ita esse creditur ob itineris
 particulares dimēsiones ac regionū crebros
 aditus q̄bus id iter potitū ē. Qd̄ autē diuer
 ticala plura habeat; manifestū ē ex hīs que
 marinus ip̄e ponit. Peragrationē em̄ a trā
 situ eufratis iuxta hieropolim p mesopota
 miā ad tigrū: & hinc p garamātas iter Assi
 rie medoꝝq; ad eebatana portasq; caspias
 Preterea parthyē ad hechatonphilon: fas ē.
 p parallellū rhodi suscipere. Hic em̄ circulus
 p dictas regiones scribitur. Viam vero ab
 hecatonphilo ad hyrcanias ciuitatē: necesse
 est ad arcton declinare. Hir cania ciuitate in
 medio ppe modū posita paralleloꝝ smyr
 ne & eleponsi. Nā parallell⁹ smyrne sub ip
 sa regione hyrcanie designatur: eleponsi ve
 ro p australes plagas pelagi hyrcani: q̄ pa
 rū magis septentrionales sunt: q̄ ip̄a hyrc
 arias ciuitas a nomine regionis sue appellata
 Deinde iter ab ac ad margianā anthiochianā
 p arctum p̄mo ad meridiem respic̄t cū aria
 sub eodē parallelo: quo porte caspie sita sit
 Post ad arcton inclinat: cū anthiochia iux
 ta eleponsi parallellum sit posita a q̄ aditus
 ad bac̄tra versus solis ortū extenditur. Ad
 ascensum post montium comedoꝝ itur ver
 sus septentrionē. Via p̄terea: q̄ montana hec
 egreditur ac pducit ad vallē q̄ campestria
 excipit ad meridiē tendit: horū quippe mō
 tiū septentrionalia & que magis occidētalia
 sunt: vbi ascensus est. ponit sub parallelo bi
 zantij. q̄ vero australia & ad ortū solis ver
 gunt. sub parallelo eleponsi. Nā montana

ipsa tradit ad ortū solis. palā q̄si extensa ad
 austrū quodam modo declinare. Inde pan
 ticōtaschinū inquit ad lapide vscq; turri ad
 arcton eque vergere. Vallē em̄ egressos tur
 ris ut inquit lapidea excipit: a q̄ montes q̄
 ad orientē solē p̄grediūtur: imao cōiungit
 q̄ a polimbothris ad septentrionē p̄feditur
 Simul ergo collectis ḡdib⁹ sexaginta: q̄ no
 tati sunt: p viginti & q̄tuor milia stadiorū.
 cū ḡdibus q̄draginta & q̄nq; & quarta: tot
 em̄ sunt a turri lapidea ad Seras cōp̄bēdi
 tur tota distantia ab eufrate ad seras in para
 lello rhodiensi graduū centū & q̄nq; cū q̄n
 ta. Colliguntur p̄terea ex dimēsionib⁹ q̄s
 ip̄e supponit sub eodē parallelo ḡdus alij
 vt dicetur. Primo a meridionali notato p̄ i
 sulas fortunatas vscq; ad sacrū byspanie p̄
 montoriū gradus duo & semis. Deinde ad
 vetij flum̄ hostia post hec a vetio ad angu
 sta athlantici pelagi atq; calpem similiter ḡ
 dus duo & semis in vna q̄q; distantia. hinc
 a p̄fatis angustijs vscq; ad calarim sardinie
 gradus viginti & q̄nq;. A calari autē ad lili
 beū cilicie q̄tuor & semis. A libeo ad pachi
 nū tres. Noxq; a pachino ad tenax laconie
 decē. Inde ad rhodū octo cū q̄rta. A rho
